Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



APOCA

sunt qui cum mulieribus non sunt
coinquinati. virgines enim sunt. hi
sequuntur agnum quocumque ierit.
Hi empti sunt ex hominibus primi
tie deo et agno. Et in ore ipsorum
non est inventum mendacium.
Sine macula enim sunt ante thronum
dei. Et vidi alterum angelum vo
lantem per medium celi habentem ev
angelium eternum. ut evangelizaret sedentibus super terram et
super omnem gentem et tribum et
linguam et populum dicens magna
voce. timete dominum et date illi
honorem quia venit hora iudicii
eius. et adorate eum qui fecit celum
et terram et mare et omnia que in
eis sunt. et fontes aquarum. Et
alius angelus secutus est dicens
Cecidit cecidit babilon illa magna
que potum ire fornicationis sue po
tavit omnes gentes. Et alius angelus
tertius secutus est illos dicens vo
ce magna. Si quis adoraverit
bestiam et ymaginem eius et ac
cepit characterem in manu sua aut
in fronte sua. hic bibet de vino i
re dei quod mixtum est merro. et
cruciabitur igne et sulphure in conspectu ange
lorum sanctorum et ante conspectum
agni. et fumus cruciatorum
eius in secula seculorum ascendet.
Nec habent requiem die ac nocte qui
adoraverunt bestiam et ymaginem
eius. et si quis accepit caracterem
eius. Hic est patientia sanctorum
qui custodiunt mandata dei et fidem
iesu. Et audivi vocem de celo di
centem mihi. Scribe beati mor
tui qui in domino moriuntur. amo
do iam dicit spiritus ut requiescant
a laboribus suis. Opera enim illorum
sequuntur illos. Et vidi et ecce nu
bem candidam. et super nubem se
dentem similem filio hominis ha
bentem in capite suo coronam au
ream. et in manu sua falcem acu
tam. Et alius angelus exivit de tem
plo clamans voce magna ad sedentem
super nubem. mitte falcem tuam
et mete. quia venit hora ut metatur.
quoniam maturavit messis terre.
Et misit qui sedebat super nubem
falcem suam in terram et messuit
terram. Et alius angelus exivit de
templo quod est in celo
habens falcem acutam.
et ipse. Et alius angelus
exivit de altari qui habebat
potestatem super ignem et aquam
et clamavit voce magna ad eum
qui habebat falcem acutam dicens
mitte falcem tuam acutam et vi
demia botros vinee terre. quoniam
mature sunt vinee eius. Et misit
angelus falcem suam acutam in
terram. et vindemiavit vineam
terre. Et misit in lacum ire dei
magnum. et calcatus est locus
extra civitatem. Et exivit angelus
de lacu usque ad frenos equorum
per stadia mille sexcenta.
Et vidi aliud. XV